

Středověk
nejso pr
rární dru
libě, živo
vrstev na
votního
sanitatis a
osobám,
Lucembu
ní obou
votosprá
nutné pe
tovat; ne
lovství, j
té které
zemi po
vším za
Význam
v celém
ním smy

Tentu
které do
mimo ji
ta textu
zde úlo
je úloh
Do jaké
osobní
skutečn
jí se i č
moci lé
tospráv
roveň k
náři tři
v úpln
vydává

mordencia, venenosa, sicut autem serpentes, quorum morsui potenter subvenit pocio tiriace. Ideo hec duo coniuncta fuerunt apud eos et nominaverunt hanc confeccionem *tiriacam*. Sed secundum Abengwefid *beazar* est nomen Persicum et eius expositio est „*contra venenum*“ sive „*libertas contra veneno*“, et cadit hoc nomen super duo, quorum unum est quod communiter cadit super medicinam expellentem venenum virtute et proprietate, que est in ea; et Latini, sequentes hoc significatum denominatione *bezaraicas* vocant illas medicinas. Et secundum est, quod proprie cadit super lapidem sive gemmam, que resistit omnibus venenis calidis et frigidis cum terranea sua substantia sine acra specie bibitus aut suspensus super patientem. Et de isto ad presens etiam sermo Aristotelis primo *De generatione* eius.

Scribit quidam philosophus nomine Alius, quod minera huius lapidis est in terra Sirie et Indie et in terris in orientis et in meridie habere multos colores, nam quidam beazar est citrinus et quidam in colore viridi pulvirilentus et alter participans viriditatem /231r/ et alter albedinem luminosam. Et scribens de eleccione dicit, quod melior omnibus est citrinus et post pulvirilentus. Rases veram eleccionem meliorum ex quatuor describit, scilicet ex usu, ex tactu, ex gustu et etiam ex effectu. Ex usu quidam est citrinus in colore. Ex tactu quidam est mollis in substantia admodum cunicis meretricis mallaxate. Ex gustu vero, quod sit non habens saporem. Ex effectu vero ex eius minerali sufficiencia contra omnia venena et corrigens, quod dixit de colore, dicit se vidisse lapidem vergentem ad citrinitatem et albedinem habentem colorem similem vini et cum hic erat levis et splendidus sicut lumen et in nullo sua potencia fuit diminuta. Et quia multi decipiuntur circa hunc lapidem, eo quod multi lapides assimilantur ei, qui non habent suam proprietatem nec approximantur ei in operationibus aliquibus. Ideo Alius de probacione eius docet duo experimenta, quibus hic lapis experitur. Primum est, quod quando tangitur cum hoc lapide aculeus scorpionis, prohibet ab eo potenciam pungendi. Et secundum est, quod si tritur ex eo pondus duorum granorum ordei et dissolvatur in aqua et ponatur hoc in ore serpentis, suffocat eum statim et occidit. *Virtus et proprietas, Abengwefid, huius lapidis est, quod contrastat venenis omnium animalium, plantarum et morsibus et puncturis venenosis.* Et Averrois: *Omnis lapis bezaar est valde manifesti iuvamenti omnibus speciebus,* usus vero eius secundum Abengwefid est, quando bibitur /231v/ ex eo pondus XII granorum ordei et linimentum de eo fit super locum morsus, liberat a morte et expellit venenum per sudorem. Et quando ponitur in ore illius, qui sumpsit venenum et sugit eum aliquantulum, confert ei. Et Averrois dicit, quod quodcumque propinatur ad bibendum venenatis ante quam perveniat venenum ad cor, liberat et curat. Invenitur enim huius lapidis quedam virtus mineralis et usus extraneus, videlicet quod cura lapide absente eius virtute venenum curat. De

napříkl
spojena
Abeng
li „svo
že obec
nostm
léky be
který c
subst
A o to

Jak
Sýrie a
men r
koby z
pisuje
matný
podle
účink
substa
nemá
dům.
ronov
ný jak
mnozi
mnoh
nepřil
dvě z
to kar
nost u
a rozp
dle A
nek j
Ave
pod
zr
c
be
zuj